

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum sapientiae**

**Bonjohannes <von Messina>**

**[Basel], um 1475**

Hic prologus

[urn:nbn:de:bsz:31-315819](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-315819)

Speculum sapiencie beati Cirilli episcopi alias quadrupar-  
titus apologeticus vocatus. In cuius quidem prouer-  
bijs omnis et totius sapiencie speculum claret. Feliciter  
incipit.

Hic prologus.



Secundum aristotilis sententiam in  
 probleumatibus suis. quanquam in  
 in exemplis. in ascendendo gaude-  
 ant omnes in disciplinis moralibus.  
 Hoc tamen amplius placet. quoni-  
 am structura morum imagine picta  
 rerum similitudinibus palacium vir-  
 tutis ostendit. eo quod ex naturali-  
 bus animalibus. moribus et proprietatibus rerum quasi  
 de viuis imaginibus humane vite qualitas exemplatur.  
 Totus etenim mundus visibilis est scola. et rationibus.  
 sapiencie plena sunt omnia. Propter hoc filii carissime. in  
 formatiua iuuentutis tue documenta moralia. non de nos-  
 tra paupertate stillancia. sed de vena magistrorum. tibi nunc  
 scribere cupientes. cum adiutorio gracie dei ea trademus.  
 ut intelligas clarius. addiscas facilius. gustes suavius. re-  
 miniscaris tenacius per fabulas figurarum. Sed quoniam princi-  
 palibus quatuor virtutibus. scilicet prudentia. magnani-  
 mitate. iusticia et modestia. edificium recte vite precluditur  
 et fundatur. Hec enim sunt quadratura tabernaculi domini et qua-  
 tuor bona iob. Ac illa que nabuzardan destruxit in subuersioe  
 iherusalem. Templum sapie. murus urbis virtualis potencie  
 palacium regine iusticie. ac domos iherusalem pacez modestie. E-  
 quibus prudentia. vir ordinat in deum. magnanimitate vero in seip-  
 sum in aduersis ne decidat. et moderamine in prosperis ne mollescat

*ad.  
 in addiscendo*

Sed quemadmodum iusticia rectificat in proximo. sic prudentia noscit bonum eligendum. malumque vitandum. Et sicut iusticia facit bonum. ita modestia vitat malum. Magnanimitate vero interiorum ordo stabilitur virtutum. consequens est ut quatuor magnorum siquidem viciozum totus impetus subuertatur. Hec quidem vicia quatuor. demencia et superbia. que magnanimitati et humilitati contraria sunt. Vbi enim non est humilitas/magnitudo animi recors/ audacia est. Similiter autem auaricia et intempantia. Hec namque illa quatuor sunt que iob bona diripiunt. quippe sabei stulticie/vastantes boues prudentie. Caldei superbie/camelos magnanimitatis tollentes. ignis luxurie oues mundicie comburens. ac ventus impetuose/ac violentis auaricie irruens domum vbi coniuuantes sunt decem precepta iusticie/funditus subuertens. Hec quidem quatuor illa dira cornua sunt que ventilauerunt iuxta vaticinium zacharie iudee et israhel. Bona illa quatuor que secundum iohannem insatiabiliter vorauerunt scilicet eruca verecundie. locusta volantis superbie. bruceus totus ventus insatiabilis auaricie. et rubigo ardentis luxurie. Quadruplito igitur opere procedemus. Primo agentes contra imprudenciam. Secundo aduersus supbiam. Deinde contra auaricias. Finaliter contra intempantias/ ut sic pertra domini nostri ihu xpi/ viciozum regnum quadruplex in eadem statua nabuchodonosor visa per somnia feriamus.

*Sapientie*  
**S**emper discite et in extremis horis *Sapientie* **sempiter studet.**  
**De vulpe et coruo.** **Capitulum primum**

**Q**uipso decrepita ardens cupiditate plus sciendi querendo magistrum membrum grauioribus. sui corporis itineris addidit graue pondus. Mox ergo tendenti senectutis infirmitate quidem graui. sed auuiditate sciendi pagili. Cum coruus astucios occurrisset. pacto mutue salutatis officio. satis leta subinnoxit. Vere voluntas dei erat. ut cito michi occurreret quem volebam;